Bach, Nicolaus
De lugubri graecorum elegia, specimen primum

EXAMINIS ACTVSQVE ORATORII SOLEMNIA

IN

GYMNASIO REGIO CATHOLICORVM

D. D. XIII. XIV. ET XV. AVGVSTI MDCCCXXXV

PVBLICE CELEBRANDA

INDICIT

OMNESQUE BONARVM ARTIVM PATRONOS

VT HIS SOLEMNIBVS INTERESSE VELINT

EA QVA PAR EST OBSERVANTIA

INVITAT

PETR. JOS. ELVENICH

GYMNASII DIRECTOR, PHILOSOPH. DOCT. EIVSQVE IN ACADEM. VRATISL. PROF. P. O.

VRATISLAVIAE,

TYPIS VNIVERSITATIS.

DE
LVGVBRI GRAECORVM ELEGIA
SPECIMEN PRIMVM.

SCRIPSIT

NICOLAVS BACHIVS

PHILOSOPHIAE DOCTOR REGIVSQVE PROFESSOR.

VRATISLAVIAE

TYPIS VNIVERSITATIS

ANNO MDCCCXXXV.

In commentatione quam ante hos sex annos patrio sermone scripsimus de origine ac natura poesis elegiacae Graecae, inserta illa quidem Zimmermanni diario scholastico a. MDCCCXXVIIII num. 133-136, imprimis ostendere conati sumus vocem ἔλεγος proprie dici de querimonia sive carmine flebili, vocabula autem inde derivata ἐλεγεῖον atque ἐλεγεία ad solam metricam carminis condicionem spectare nulla prorsus habita argumenti ratione. Iam ἐλέγων quale principio fuerit metrum nemo hodie ad liquidum perduxerit: ἐλεγεῖον vero est distichum ex hexametro heroico et pentametro dactylico semet invicem excipientibus compositum. Neque de *elegis* istis antiquissimo iam tempore θρήνων instar in funeribus praecipue cantari solitis (Homer. Iliad. XXIIII, 721) accuratius hoc loco disputandum nobis proposuimus, sed de *elegia* distichis inclusa eademque ad exprimendum animi dolorem luctumque adhibita. Notum est autem poetas Graecos non solum querimoniam sed res qualescunque elegiaco metro concepisse. Quaeres igitur unde factum sit ut vox ἐλεγεῖον nude posita prorsus amiserit vim flebilem, quam κατ' ἐξοχὴν inesse in primitivo verbo ἔλεγος omnes Graeci quidem scriptores consentiunt. Sic apud Euripidem Helen. 184 sq. Iphig. Taur. 142 sq. 1060 Troad. 119 ἔλεγοι valent idem quod θρῆνοι, atque Aristophanes Avium 220 flebilem lusciniae cantum ἔλεγον appellavit, quemadmodum Apollonius Rhodius Argonaut. II, 782 Priolan a Mysis occisum esse narrat, ὅντινα λαὸς οἰκτίστοις ἐλέγοισιν ὀδύρεται ἐξέτι κείνου. Iam ut alia carmina in laudem defunctorum hominum condita taceamus, Graeci in sepulcris lapides erigere iisque epigrammata inscribere solebant, et quoniam animi sententiam aut aegritudinem paucis plerumque verbis exprimebant atque disticho potissimum includebant, quale iam Archilocho adscribitur ἐπιτύμβιον, hoc ipsum distichum, doloris quasi interpretationem, respicientes ad primitivam vocis ἔλεγος significationem vocabant ἐλεγεῖον, quod quidem ad inscriptiones sepulcrales relatum idem denotare atque ἐπικήδειον docet Plutarchus Pelopid. c. 1. δηλοῖ τὸ ἐπικήδειον·

οἳ θάνον οὐ τὸ ζῆν θέμενοι καλὸν οὐδὲ τὸ θνήσκειν,
ἀλλὰ τὸ ταῦτα καλῶς ἀμφότερ' ἐκτελέσαι.

Accedit testis paulo etiam disertior Draco Stratonicensis de metris p. 161 sq. ed. Hermann. *Τὸ ἐλεγεῖον μέτρον παρωνόμασται ἀπὸ τοῦ ἐλέγου, ὃ σημαίνει παρ' Ἀττικοῖς τὸν θρῆνον. — εἰώθασι γὰρ χρῆσθαι τούτῳ ἔν τε θρήνοις ἐπιταφίοις καὶ ἐπιγράμμασι.*

Sic paulatim usu venisse videtur ut distichum qualicunque sententiae adstrictum vocaretur *ἐλεγεῖον*, quemadmodum Thucydides I, 132 hocce *ἐπίγραμμα ἀναθηματικόν*·

Ἑλλήνων ἀρχηγός, ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων,
Παυσανίας Φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε·

simpliciter appellavit *ἐλεγεῖον*, cui vix quisquam, opinor, subtiliorem hoc loco quam metricam distichi assignabit potestatem. Et quae antea communi *ἐπέων* nomine comprehensa erant disticha, veluti apud Herodotum V, 113, ea Thucydidis et Platonis [1]) aetate distinctius vocari incipiebant *ἐλεγεῖα*, nec profecto aliam ob caussam nisi ad exprimendam metricam formam. Huic coniecturae quodammodo stabiliendae insigniter favet Procli locus ex antiquiori haud dubie et Didymi quidem libro grammatico excerptus in Chrestomathia p. 379 ed. Gaisford. *Τὸ δὲ ἐλεγεῖον* [2]) *συγκεῖσθαι μὲν ἐξ ἡρῴου καὶ πενταμέτρου στίχου, ἁρμόζειν δὲ τοῖς κατοιχομένοις, ὅθεν καὶ τοῦ ὀνόματος ἔτυχε· τὸ γὰρ θρῆνος ἔλεγον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ καὶ τοὺς τετελευτηκότας δι' αὐτοῦ εὐλόγουν· οἱ μέντοι μεταγενέστεροι τοῖς ἐλεγείοις* [3]) *πρὸς διαφόρους ὑποθέσεις ἀπεχρήσαντο.* Similiter fere Orion Thebanus p. 59. *Ἔλεγος, ὁ θρῆνος διὰ τὸ δι' αὐτοῦ τοῦ θρήνου εὖ λέγειν τοὺς κατοιχομένους. — ὅθεν καὶ πεντάμετρον τῷ ἡρωικῷ συνῆπτον οὐχ ὁμοδραμοῦντα τῇ τοῦ προτέρου δυνάμει ἀλλ' οἷον συνεκπνέοντα καὶ συσβεννύμενον ταῖς τοῦ τελευτήσαντος τύχαις. οἱ δὲ ὕστεροι πρὸς ἅπαντα ἀδιαφόρως. οὕτω Δίδυμος ἐν τῷ περὶ ποιητῶν.*

Ac si quis summum poesis elegiacae argumentum diligentius perlustraverit, eam apud Graecos triplicem potissimum viam ingressam esse plane sibi persuadebit: alii enim res publicas morumque praecepta distichis incluserunt (*ἐλεγεία πολιτικὴ καὶ γνωμική*), alii defunctos deplorarunt et vires animumque moresque aureos eduxerunt in astra (*ἐλεγεία θρηνώδης*), alii denique amorem celebrandum sibi sumpserunt (*ἐλεγεία ἐρωτική*). Iam quia trium elegiarum generum principes exstiterunt poetae Callinus, Archilochus, Mimnermus, facile intelliges unde factum sit ut alii gramma-

[1]) Vid. Platon. Menon. p. 95. D.

[2]) Sic emendandam esse vulgatam scripturam *τὴν δὲ ἐλεγείαν* res ipsa et sana ratio ostendit.

[3]) Ita scriptum in margine cod. H. quod longe praestat vulgato *τῇ ἐλεγείᾳ*.

tici atque critici alios poetas elegiaci carminis inventores sibi fingerent, alii Callinum, quippe qui primus politicum atque gnomicum argumentum distichis excoluisset, alii Archilochum, flebilis elegiae principem, alii Mimnermum, amatoriae elegiae coryphaeum. [4])

Vtque iam propius accedamus ad lugubrem elegiam paulo accuratius cognoscendam, Horatius art. poet. 75 sq. eorum praecipue criticorum rationem habuisse videtur qui Archilochum aut poetam nescio quem θρηνῳδὸν elegiae inventorem agnoscebant:

Versibus impariter iunctis querimonia primum,
post etiam inclusa est voti sententia compos.

Quanquam, si cum his versibus comparaveris sententiam eos subsequentem:

quis tamen exiguos elegos emiserit auctor
grammatici certant et adhuc sub iudice lis est:

poetam parum sibi constitisse atque vera cum falsis commiscuisse perspicies, quippe qui non solum pentametri (ἐλεγείου [5])) atque elegorum inventionem invito Graecorum dicendi more confuderit, sed partim etiam eorum grammaticorum rationi accesserit qui Archilochum pentametri inventorem statuerunt, partim eandem quam modo proposuit rursus sustulerit sententiam. Deinde Ovidii animo lugubre quarundam Graecarum elegiarum argumentum obversatum esse videtur, quum caneret Heroid. 15, 7.

Flendus amor meus est: elegeïa flebile carmen.

Idemque tum ad veram vocis ἔλεγος significationem tum ad flebilem poesim elegiaco metro inclusam respexisse censendus est Tibulli obitum deplorans Amor. III, 9, 3 sq.

Flebilis indignos elegeïa solve capillos:
ah, nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

Poetarum vero elegiacorum qui θρηνῳδοὶ fuerunt paucorum tantummodo notitia ad nos pervenit (excludimus enim insignem eorum numerum qui non ἐλεγείας ἐπιταφίους sed nihil nisi epigrammata sepulcralia distichis condiderunt), Archilochi Parii, Simonidis Cei, Aeschyli, Euripidis, Parthenii. Iam Guilelmus Ernestus Weberus in elegantissima poetarum elegiacorum interpretatione pag. 432 ad elegiam quandam sepulcralem referendum esse censet distichum ad Spartanos qui in pugna nescio qua fortiter mortem occubuerunt ex Plutarchi Pelopida supra lauda-

[4]) Orion Theb. p. 58. Etymolog. M. v. ἔλεγος. Εὑρετὴν δὲ τοῦ ἐλεγείου φασὶν οἱ μὲν τὸν Ἀρχίλοχον, οἱ δὲ Μίμνερμον, οἱ δὲ Καλλῖνον παλαιότερον. οὕτω Δίδυμος ἐν τῷ περὶ ποιητῶν.

[5]) Cf. Santen. ad Terentian. Maur. p. 311 sq.

tum: verum ex Stobaei Florilegio CVIII, 83, p. 577. καὶ ἐπιγράφουσι Λακεδαιμόνιοι,

— οὔτε τὸ ζῆν θέμενοι καλὸν οὔτε τὸ θνήσκειν,
ἀλλὰ τὸ ταῦτα καλῶς ἀμφότερ' ἐκτελέσαι·

luce clarius patescit hoc distichum fuisse epigramma, non particulam elegiae sepulcralis.

Omnium quorum reliquiae supersunt primus Archilochus querimoniam inclusit versibus impariter iunctis, quem quidem iamborum quoque poetam summa vi elocutionis, cum validis tum brevibus vibrantibusque sententiis eminentem [6]), Paro insula natum [7]), una cum Telesicle patre (matrem vero fuisse Eniponem servam testatur Aelianus V. H. X, 13.) aliisque civibus coloniam in Thasum insulam deduxisse auctor est Eusebius praeparat. evang. VI, 7 hocce oraculum afferens:

Ἄγγειλον Παρίοις, Τηλεσίκλεες, ὥς σε κελεύω,
νήσῳ ἐν Ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄστυ.

Deinde sic pergens: καὶ ἔστι Θάσος μὲν ἡ Ἠερία νῆσος· ἥξουσιν ἐπ' αὐτὴν Πάριοι Ἀρχιλόχου τοῦ ἐμοῦ υἱοῦ φράσαντος ὅτι ἡ νῆσος αὕτη πρὶν Ἠερία ἐκαλεῖτο. σὺ οὖν (δεινὸς γὰρ ἐπεξελθεῖν) οὐκ ἀνέξῃ, οἶμαι, αὐτοῦ οὕτως ὄντος ἀχαρίστου καὶ θρασέος, ὅς, εἰ μὴ σὺ μηνῦσαι αὐτῷ ἐβουλήθης, οὐκ ἄν ποτε ἤγγειλεν, οὐδ' ἂν Ἀρχίλοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ Παρίους ἐξενάγησεν οὐδ' ἂν οἱ Πάριοι Θάσον ᾤκησαν. cf. Stephan. Byz. v. Θάσος. Haec autem colonia deducta est aut Olympiade XV Dionysio auctore aut Olympiade XVIII, ut tradit Xanthus Lydus apud Clementem Alexandrinum Strom. I. p. 333. Ex diversa hac temporum notatione colligitur tempus quo colonia illa deducta sit non accuratius posse indicari, cadere autem in spatium quod pergit ab Olympiade XV usque ad XVIII. Vnde hoc saltem efficitur, Archilochum tunc temporis ex pueris iam excessisse, id quod confirmat etiam historiae pater, qui eum floruisse narrat Gyge regnante, [8]) quem quidem ipsum ad imperium pervenisse Olympiade duodevicesima alii scriptores memoriae prodiderunt. [9]). Huic computationi convenit etiam notitia quae legitur apud Tatianum orat. ad Graecos p. 109. Ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἤκμασε περὶ Ὀλυμπιάδα τρίτην καὶ εἰκοστὴν κατὰ Γύγην τὸν Λυδόν. Quem ad terminum vitam suam pro-

[6]) Quintilian. I. O. X. 1, 60. cf. Liebel. ad Archilochi reliquias p. 17 sqq.

[7]) Herodot. I, 12. Strabo X, 5, 7. Lucian Vol. III. p. 162. Athen. I. 14. p. 7. F.

[8]) Herodot. I, 12. τοῦ [Γύγου] καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη. Cf. Archilochi fragm. II. ed. Liebel. Photii bibl. p. 319. b 27. ed. Bekker.

[9]) Cf. Clintonis Fasti Hellenici I. p. 310 ed. Krüger.

duxerit poeta incompertum habemus: cum vero in pugna (ἐν μάχῃ) occisum esse a Callonda Naxio (cui cognomen fuit *Corax*) Heraclides atque Plutarchus consentiunt. [10])

Vtque iam eo redeamus unde paululum deflexit oratio, Archilochi disticha partim fuisse flebilia non solum Plutarchus de audiendis poetis c. 6. 12. testatur, sed ipsae quoque elegiarum reliquiae comprobant. Et iile quidem Archilochum ait deplorasse sororis suae maritum qui in undis perierat. Quo minus tamen hoc carmen elegiacum fuisse neges duo disticha impediunt ab eodem Plutarcho inde deprompta. Iam vero quoniam Longinus de Sublimitate 10, 7 laudat Archilochum ἐπὶ τοῦ ναυαγίου atque in Stobaei Florilegio CXXIIII, 30 longius exstat Archilochi fragmentum, quo poeta una cum universa civitate plures eosque fortissimos strenuosque cives naufragio amissos conqueritur, unum alterumve haud ita improbabile fuerit, aut integram olim fuisse elegiam ἐπὶ τοῦ ναυαγίου, quae uno tenore calamitatem illam descripsisset, aut eclogas quasdam fuisse minoris spatii ad unum omnes communis illius naufragii argumentum spectantes easque in unum quoddam corpus redactas, inscriptum illud quidem *ΕΠΙ ΤΟΥ ΝΑΥΑΓΙΟΥ*. Sed utracunque vicerit ratio, ex ipsis fragmentis argumentum poematis in huncce fere modum licebit adumbrare. Plures Archilochi cives ad expeditionem nescio quam classe navigasse videntur iique iam diu fortasse multumque per aequora iactati in alto mari dulcem reditum precantur (fragm. 1), tempestatem vero ipsis immissam nonnulli aegre effugiunt (fragm. 2), alii undarum impetu abrepti pro patria mortem occumbunt. In quorum numero sororis maritum deploravit poeta, quam quidem iacturam aequiori animo se laturum fuisse ait, si iustum illius corpori sepulturae honorem tribuere potuisset (fragm. 3). Iam omni illa calamitate et singulorum qui fluctibus obruti erant virtutibus (τοίους) copiosius, opinor, et magnifice descriptis Archilochus extremo carmine sive elegiarum anthologio suam ea de re sententiam ita complectitur ut ab omni luctu muliebri quam celerrime abstinendum esse profiteatur (fragm. 4): neque enim, inquit, lacrimis restituam rem, neque deteriorem reddam delicias et convivia sectatus (fragm. 5).

Ex iis quae hactenus exposita sunt luce clarius apparet Archilochum, profecto quasi Proteum quendam poetarum, querulum quoque ac lugubre elegiarum genus excoluisse. Atqui Ioannes Valerius Franckius hoc ipsum negandum esse putat, et quamvis in libro qui inscribitur Callinus p. 36 sq. recte interroget: „Vbi enim magis querimoniae locus

[10]) Heraclid. politt. p. 18. Plutarch. de sera num. vind. c. 17. ibique Wyttenbach. Liebel. ad Archiloch. p. 43 sq.

est, quam quum affinem lugeas fluctibus obrutum et insepultum?“ idem tamen vir sagacissimus eandem rem et rationem unice veram rursus in quaestionem vocat. „An flebile, inquit, carmen ab eo exspectabis qui in tanta calamitate ita loquitur?

οὔτε τι γὰρ κλαίων ἰήσομαι οὔτε κάκιον
θήσω τερπωλὰς καὶ θαλίας ἐφέπων.“ —

At quidni? Vt enim vel acerbissimus animi dolor quem gravissima quaeque fortunae plaga excitavit paulatim solatium quoddam quaerit, ita Archilochus quoque, ut primum animus eius oppressus est insigni illa calamitate, lacrimis ac luctui indulsisse animique aegritudinem versibus elegiacis inclusisse, idem tamen, quum sensim sensimque perspiceret inevitabili fato neminem mortalium esse evasurum ipsosque deos hominibus miseriarum remedium praebuisse patientiam, moerorem minuisse animumque a curis ad hilariorem vivendi rationem avocasse censendus est: feminis enim (ut Tacitus ait Germ. 27) lugere honestum est, viris meminisse. Recte igitur sibique constans poeta: *Τλῆτε*, inquit, *γυναικεῖον πένθος ἀπωσάμενοι.* Singularis autem est Franckii sententia, qui quidem ipse Archilochum affinis sui iacturam sine aliqua doloris significatione commemorare potuisse negat, quae tamen in isto carmine flebilis esse haud quaquam potuerit, nisi forte animum a luctu revocet seque consolari studeat, nec potius suam ipse contemnat ac rideat calamitatem, qui ita loquatur, ut Archilochus eo loco qui principio est allatus. At si quis sine ira et studio illius distichi sensum consideraverit, nihil profecto inveniet quo poeta calamitatem suam ridere convincatur: immo levare studet. Postremo summum elegiae sive elegiarum argumentum lugubre fuisse atque flebile manifestus testis est Plutarchus de audiendis poetis c. 6. ubi Archilochus dicitur *τὸν ἄνδρα τῆς ἀδελφῆς ἠφανισμένον ἐν τῇ θαλάττῃ καὶ μὴ τυχόντα νομίμου ταφῆς θρηνῶν.* Franckius tamen, qui sapere plus quam Plutarchus in hac re sibi videtur, quanquam hic integras iam elegias ante oculos habuit, Franckius, inquam, si quis urgeat illud *θρηνῶν* et flebilem in illo carmine repertam esse querimoniam, non tantum leviculam doloris significationem credat, Archilochum bis terve ostentandi ingenii caussa contra naturam suam lamentatum esse temere fingit. Archilochus profecto quod eminentissimum possidebat ingenium non debebat ostentare, praesertim in re tam tenui veroque poeta quam maxime indigna, id quod ex quolibet versiculo splendidissimo candore velut sidus quoddam eluxit. Sed utinam vir ille *κριτικώτατος* ipse ostentandi ingenii caussa rei speciem potius atque umbram quam integram veritatem captare noluisset.

ΑΡΧΙΛΟΧΟΥ ΠΑΡΙΟΥ

ΕΛΕΓΕΙΩΝ ΤΩΝ ΕΠΙ ΤΟΥ ΝΑΥΑΓΙΟΥ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

1.

Scholiasta ad Apollon. Rhod. I, 824.

Θεσσάμενοι, ἐξ αἰτήσεως ἀναλαβόντες, αἰτήσαντες· θέσθαι γὰρ τὸ αἰτῆσαι καὶ ἱκετεῦσαι. καὶ ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ *)

πολλὰ δ' ἐϋπλοκάμου πολιῆς Ἁλὸς ἐν πελάγεσσιν
θεσσάμενοι γλυκερὸν νόστον. ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́

*) Pro nomine Ἀρχίλοχος unus codex P. exhibet Ἀντίλοχος prono lapsu, abs quo neque continuit sese scriptor Etymologici Gud. p. 180. v. Ἔλεγος — εὑρεταῖς δὲ τῆς ἐλεγείας οἱ μὲν τὸν Ἀντίλοχον, οἱ δε Μίμνερμον, οἱ δὲ Καλλῖνον παλαιότερον. Sed procul dubio reponendum Ἀρχίλοχον, id quod luce clarius ostendit locus ex eodem fonte deductus apud Orionem Theb. p. 58 et in Etymologico M. v. Ἔλεγος.

Ad vers. 1. *ἐϋπλοκάμου*, ita scriptum est in omnibus codicibus hucusque consultis, quod tamen epitheton mari haudquaquam convenire ratus Liebelius reposuit ἐϋπλοΐμου, i. q. εὐπλώτου Hesychio interprete. Sed res altius repetenda videtur. Iam primum Homerus mari tribuit epitheton πολιός, quod proprie dicitur de canis hominum capillis, velut Iliad. XXII. 74. XXIIII, 516. πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον. XXII, 77. πολιὰς δ' ἄρ' ἀνὰ τρίχας ἕλκετο χερσίν. I, 359. πολιῆς ἁλός, et sic terque quaterque, ubi cogitandum esse de cano spumae colore docent veteres interpretes. Quum autem germana adiectivi significatio facile cuilibet in mentem revocaverit comparationem cani capitis, Archilochus mare sibi finxisse videtur deam (praeeunte quodammodo Homero Il. I, 141. II, 152. alibi ἅλα δῖαν) canis quidem, iisdem tamen (qui deceant deam) venustissimis eleganterque comptis capillis ornatam. Atque epitheta εὐπλόκαμος, καλλιπλόκαμος non solum aliarum venustarum mulierum dearumque communia sunt, sed nymphis quoque marinis assignantur, ut Calypsoni, Oceani filiae, Odyss. I. 86. V, 30. Νύμφῃ ἐϋπλοκάμῳ. VII, 245 sq. XII, 449 sq. Καλυψὼ ἐϋπλόκαμος. Thetidi, Nerei filiae, Iliad. XVIII, 407. Θέτι καλλιπλοκάμῳ. XX. 207. Θέτιδος, καλλιπλοκάμου ἁλοσύδνης. Iam vero si dea mari oriunda (ἁλοσύδνη) καλλιπλόκαμος appellatur, quidni Ἅλς ipsa eaque δῖα eodem fere epitheto gaudeat? Quam ob rem litteram initialem exprimendam curavimus quadratam, non, ut vulgo, obliquam ac minorem. — Denique quod attinet ad dictionem Ἁλὸς ἐν πελάγεσσιν, itidem praeivit Homerus Od. V, 335. hymn. ad Apoll. 73. Vnde pendet Theognis 10: βαθὺς πόντος ἁλὸς πολιῆς.

V. 2. Phavorinus v. θεσσάμενοι laudat eundem pentametrum extremis pedibus captum. Verbum θέσσασθαι referendum esse ad radicem ΘΕ atque dici de supplicibus sedentibus probabiliter ostendit Buttmannus Lexilog. II. p. 111.

2.

Longinus de Sublimitate 10, 6. 7.

Ὁ δὲ ποιητὴς [Ὅμηρος] *οὐκ εἰς ἅπαξ παρορίζει τὸ δεινόν, ἀλλὰ τοὺς ἀεὶ καὶ μονονουχὶ κατὰ πᾶν κῦμα πολλάκις ἀπολλυμένους εἰκονογραφεῖ· καὶ μὴν τὰς προθέσεις ἀσυνθέτους οὔσας* [i. e. praepositiones ὑπό, ἐκ] *συναναγκάσας παρὰ φύσιν καὶ εἰς ἀλλήλας συμβιασάμενος ὑπὲκ θανάτοιο, τῷ μὲν συνεμπίπτοντι πάθει τὸ ἔπος ὁμοίως ἐβασάνισεν, τῇ δὲ τοῦ ἔπους συνθλίψει τὸ πάθος ἄκρως ἀπεπλάσατο καὶ μονονοὺκ ἐνετύπωσε τῇ λέξει τοῦ κινδύνου τὸ ἰδίωμα,*

ὑπὲκ θανάτοιο φέρονται.

οὐκ ἄλλως ὁ ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ ἐπὶ τοῦ ναυαγίου, i. e. Archilochus in carmine quod composuit de naufragio illam Homeri licentiam sibi quoque indulsit, ita ut duas praepositiones in unam conglutinaret ὑπέκ, eoque modo naturam periculi dictioni propemodum impressit. Neque in his tantum particulis violenter copulandis Longino teste Homerum sequutus, sed totam illam dictionem ex Iliad. XV, 628 in suum usum convertisse statuendus est Archilochus; immo probabile est eundem etiam plenius cum Homero dixisse:

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ τυτθὸν γὰρ ὑπὲκ θανάτοιο φέρονται.

Quae quidem si vera fuerit coniectura, facile hinc colliges naufragos illos poetae cives non omnes fluctibus esse obrutos, sed aliquot morti aegre subtractos. Tempestas enim describitur etiam apud Homerum Il. XV, 624 sqq.

ὡς ὅτε κῦμα θοῇ ἐν νηὶ πέσῃσιν
λαβρὸν ὑπὸ νεφέων ἀνεμοτρεφές, ἡ δέ τε πᾶσα
ἄχνῃ ὑπεκρύφθη, ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης
ἱστίῳ ἐμβρέμεται, τρομέουσι δέ τε φρένα ναῦται
δειδιότες· τυτθὸν γὰρ ὑπὲκ θανάτοιο φέρονται.

Quem ad locum conferatur Heynius p. 103 sq. Spitzneri excurs. XVIII, 4.

3.

Plutarchus de audiendis poetis c. 6.

Ἀπὸ τῶν θεῶν ἀρχώμεθα διδάσκειν τοὺς νέους, ὅτι χρῶνται τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασιν οἱ ποιηταὶ, ποτὲ μὲν αὐτῶν ἐκείνων ἐφαπτόμενοι τῇ ἐννοίᾳ, ποτὲ δὲ δυνάμεις τινὰς ὧν οἱ θεοὶ δοτῆρές εἰσι καὶ καθηγεμόνες ὁμωνύμως προσαγορεύοντες, οἷον εὐθὺς ὁ ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ, ὅταν μὲν εὐχόμενος λέγῃ

Κλῦθι, ἄναξ Ἥφαιστε, καί μοι σύμμαχος γουνουμένῳ
ἵλαος γενοῦ, χαρίζευ δ' οἷά περ χαρίζεαι, (fragm. 37 Lieb.)

αὐτὸν τὸν θεὸν ἐπικαλούμενος δῆλός ἐστιν· ὅταν δὲ τὸν ἄνδρα τῆς ἀδελφῆς ἠφανισμένον ἐν θαλάττῃ καὶ μὴ τυχόντα νομίμου ταφῆς λέγῃ θρηνῶν μετριώτερον ἂν τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν,

εἰ κείνου κεφαλὴν καὶ χαρίεντα μέλεα
Ἥφαιστος καθαροῖσιν ἐν εἵμασιν ἀμφεπονήθη,

τὸ πῦρ οὕτως, οὐ τὸν θεὸν προσηγόρευσε.

Viam hujus metonymiae Homerus iam munivit, qui non solum dixit φλὸξ Ἡφαίστου Il. VIIII, 468. imprimis Od. XXIIII, 71 sq.

αὐτὰρ ἐπεὶ δή σε φλὸξ ἤνυσεν Ἡφαίστοιο,
ἠῶθεν δή τοι λέγομεν λεύκ' ὀστέ', Ἀχιλλεῦ.

sed ipsum quoque Ἥφαιστον posuit pro *igne* Il. II, 426.

σπλάγχνα δ' ἄρ' ἀμπείραντες ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο.

Similiter Sophocles Antig. 1006 sq. ἐκ δὲ θυμάτων Ἥφαιστος οὐκ ἔλαμπεν. Eademque metonymia, qua Cererem pro frugibus, Bacchum pro vino aliosque deos pro aliis rebus adhibuerunt scriptores Graeci et Latini, usus est etiam Horatius Sat. I, 5, 73 sq.

nam vaga per veterem dilapso flamma culinam
Volcano summum properabat lambere tectum.

Cf. Virgil. Aen. II, 684. VII, 77. Quintilian. I. O. VIII. 6, 24. — Extremo versu 2 omnes codices apud Wyttenbachium consentiunt in scriptura ἀμφεπονήθη, unde Grotius et Brunckius sine iusta ratione dederunt ἀμφεπολήθη. Nam verbum ἀμφιπονεῖσθαι quum omnino prae se ferat notionem *efficiendi*, *curandi*, tum speciatim dicitur de sepultura, i. q. *componere*, velut Odyss. XX, 307. τάφον ἀμφεπονεῖτο. Ceterum verbo monere sat est sententiam huius loci eandem esse quam Homerus expressit Il. II, 99. νηῆς ἐπιβαίνειν ἀλεγεινῆς. Vera denique lugentis poetae ratio repetenda est ex religione veterum Graecorum, quippe qui animas defunctorum ab ingressu εἰς Ἅιδου prohiberi putarent, priusquam corpus esset sepultum. Sic in Iliad. XXIII, 71 ψυχὴ Πατροκλῆος δειλοῖο ab Achille petivit:

θάπτε με ὅττι τάχιστα, πύλας Ἀΐδαο περήσω.
τῆλέ με εἴργουσι ψυχαί, εἴδωλα καμόντων,
οὐδέ μέ πω μίσγεσθαι ὑπὲρ ποτάμοιο ἐῶσιν,
ἀλλ᾽ αὔτως ἀλάλημαι ἀν᾽ εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ.
καί μοι δὸς τὴν χεῖρ᾽, ὀλοφύρομαι· οὐ γὰρ ἔτ᾽ αὖτις
νίσομαι ἐξ Ἀΐδαο, ἐπήν με πυρὸς λελάχητε.

Quocum loco comparandus est iustus Antigonae dolor qualem expressit fabula Sophoclea. Cf. Horat. carm. I, 28, 23 sqq.

4.

Stobaei Florileg. CXXIIII, 30. p. 617. ΑΡΧΙΛΟΧΟΥ.

Κήδεα μὲν στονόεντα, Περίκλεες, οὔτε τις ἀστῶν
μεμφόμενος θαλίης τέρψεται οὔτε πόλις.
τοίους γὰρ κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
ἔκλυσεν, οἰδαλέους δ᾽ ἴσχομεν ἀμφ᾽ ὀδύνη
πνεύμονας· ἀλλὰ θεοὶ γὰρ ἀνηκέστοισι κακοῖσιν,
ὦ φίλ᾽, ἐπὶ κρατερὴν τλημοσύνην ἔθεσαν
φάρμακον . . . .
. . . .
– ◡ ◡ ἄλλοτε δ᾽ ἄλλος ἔχει τόδε· νῦν μὲν ἐς ἡμέας
ἐτράπετ᾽, αἱματόεν δ᾽ ἕλκος ἀναστένομεν·
ἐξαῦτις δ᾽ ἑτέρους ἐπαμείψεται. ἀλλὰ τάχιστα
τλῆτε γυναικεῖον πένθος ἀπωσάμενοι.

V. 1. κήδεα μὲν στονόεντα, similiter apud Homerum Od. VIII, 12. ἐμὰ κήδεα στονόεντα. Il. I, 445. πολύστονα κήδεα. — Περίκλεες, quem quum poeta paulo inferius v. 6. ὦ φίλ᾽ alloquutus sit, ipsi familiarissimus fuisse videtur eo tempore quo hanc elegiam composuit. Postea tamen acerba inter utrumque inimicitia orta esse videtur, cuiusmodi animorum commutationem in tantis veterum rerum publicarum procellis ac tempestatibus non esse mirandam probabiliter observavit Frid. Iacobsius ad Antholog. Graec. I, 1. p. 148. Nimirum Aristides Vol. III. p. 487 ed. Canter. II. p. 380 Dindorf. Ἀρχίλοχος, inquit, τὸν Περικλέα τὸν καθ᾽ αὑτὸν, οὐ τὸν πάνυ, καὶ τοιούτους ἀνθρώπους ἔλεγε κακῶς, sc. ἐν τοῖς ἰάμβοις. Huc spectat etiam Athenaeus I, 14 p. 7. F. ὅτι περὶ Περικλέους φησὶν Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος ποιητὴς ὡς ἀκλήτου ἐπεισπαίοντος εἰς τὰ συμπόσια Μυκονίων δίκην. Quae quum ita sint, idem Iacobsius odii et inimicitiarum in Periclem vestigia exstare suspicatus est in Archilochi versibus apud eundem Athenaeum l. c. quos hisce numeris suis reddidit Porsonus:

πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκρητον μέθυ
ἐσθίων θ᾽ ὧν οὔτε τῖμον οὔτιν᾽ εἰσενήνοχας

οὔτε μὴν κληθεὶς ἐφ' ἡμᾶς ἦλθες, οἷα δὴ φίλος·
ἀλλά σ' ἡ γαστὴρ νόον τε καὶ φρένας παρήγαγεν
εἰς ἀναιδίην. —

οὔτε τις ἀστῶν, ita codices, ut videtur, omnes. Grotius tamen vocabulum ἀστῶν mutavit in αὐτῶν, idque sensum postulare iudicavit Iacobsius, nec quidquam fere frequentius esse horum vocabulorum permutatione. Vid. Pierson. Verisimil. p. 37 sq. Atqui iustam emendandi desidero rationem: immo cives intelliguntur summo animi dolore affecti, ita ut conviviis epulisque abstineant. Singuli enim cives privatim genio suo indulgentes opponuntur universae civitati publice dies festos celebranti.

V. 2. μεμφόμενος, hoc verbum suppeditant libri, quo tamen parum contentus Scaliger totum locum sanasse arbitratur reponens μεμνόμενος, cuius vestigia temere presserunt Grotius atque Iacobsius, immemores videlicet formam μεμνόμενος ne Graecam quidem esse. Vid. Buttmanni gramm. ampl. Vol. II pag. 189. Aptam verborum constructionem Liebelius iam perspexit: κήδεα στονόεντα μεμφόμενος οὔτε τις ἀστῶν οὔτε πόλις τέρψεται θαλίαις, i. e. *flebiles aerumnas* (nimirum interitum tot egregiorum virorum in mari mersorum) *conquerens nec quisquam civium privatis conviviis neque civitas universa festis publicis delectabitur.* Pariter fere Herodotus I, 91. κατὰ δὲ τὸ μαντήιον τὸ γενόμενον οὐκ ὀρθῶς Κροῖσος μέμφεται. Antiphilus XXVI, 6. in Brunckii Analectt. II, p. 176. χέρσῳ τὴν πελάγευς ἐλπίδα μεμφομένη, ubi ἐλπίδα ad naufragium referendam esse recte annotavit Iacobsius Animadv. II, 2. p. 56. quemadmodum Archilochus κήδεα στονόεντα intelligit aerumnas sive miserias ex naufragio ortas. Quam ob rem improbanda est eiusdem Grotii coniectura extremo versu legentis ποτοῖς pro librorum scriptura πόλις.

V. 3. τοίους, tam probos nobisque cum amicitiae tum necessitudinis vinculis iunctos viros. IACOBSIVS.

V. 4. ἔκλυσεν, sic B. ἔκλαυσεν Voss. Arsen. Gesn. marg. Antea vulgabatur ἔκλασεν, unde Grotius iam emendaverat ἔκλυσεν, quod per tmesin seiunctum a praepositione κατά aptissime quadrat ad Archilochi cives fluctibus haustos. Similiter in Brunckii Analectt. II, p. 275. χειμερίου με κατέκλυσε κύματα πόντου. — οἰδαλέους δ' ἴσχομεν ἀμφ' ὀδύνῃ, ita cod. B. ἀμφ' ὀδύνῃ ἴσχομεν Voss. Arsen. cui metricae leges refragantur, nisi, ut vulgo editur, mutaveris ἀμφ' ὀδύνῃ ἔχομεν. Ex Trincavelliana lectione ὀδύνῃ σίσχομεν Gaisfordius extricavit ὀδύνῃς ἔχομεν. Quam recepimus scripturam, ea non solum codicis B. auctoritate nititur, sed rhythmicis quoque rationibus et propter maiorem vim quae inest in forma ἴσχειν vulgatae praeferenda esse videtur. Iam praepositio ἀμφί tmesis lege verbo suo postposita est, velut apud Homerum Il. II, 699. ἔχεν κάτα γαῖα. Cf. III, 243. XII, 195. ἐνάριζον ἀπ' ἔντεα. XIIII, 7. λούσῃ ἄπο βρότον. XVIII, 345. Πάτροκλον λούσειαν ἄπο βρότον. XXIII, 41. λούσασθαι ἄπο βρότον. Gaisfordius in poetis min. temere huc traxit Photii glossam μυδάλεον — παρὰ Ἀρχιλόχῳ διάβροχον, unde Trincavellii ἔκλασεν· υδαλέους corrigeret ἔκλυσε μυδαλέους. Sed hoc epitheton alienum est a voce πνεύμονας, propterea quod πνεύμονες dolore potius exsiccantur quam irrigantur. Quare ad alium poetae locum (fragm. 159) illud adiectivum referendum esse videtur Liebelio, et verissime Iacobsius: *Cor tumidum*, inquit, οἰδαλέον, irati, tristes, superbi, cupidi habere dicuntur. Homer. Il. VIIII, 646. ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ. cf. vers. 553 sq. Triller. obss. p. 4. Apollon. Rhod. I, 477. ἦέ τοι εἰς ἄτην ζωρὸν μέθυ θαρσαλέον κῆρ οἰδάνει ἐν στήθεσσι. De dolore et rebus ingratis Herodot. VII, 39. ὁ θυμὸς χρηστὰ μὲν ἀκούσας τέρψιος ἐμπιπλέει τὸ σῶμα, ὑπεναντία δὲ τουτέοισι ἀκούσας ἀνοιδέει. Similis est metaphora in his Aristoph. Acharn. 525. οἱ Μεγαρεῖς ὀδύναις πεφυσιγγωμένοι. —

V. 5. ἀλλὰ θεοὶ γάρ, haec particula habet vim intentivam, velut apud Tyrtaeum 6, 1. τεθνάμεναι γὰρ καλόν.

V. 6. ἐπὶ κρατερὴν vulg. ἄμφι κρατέην Arsen. aperto vitio. — τλημοσύνην — φάρμακον, pariter fere Homerus Il. XXIIII, 49. τλητὸν γὰρ Μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισιν

Simonides fragm. 19 Gaisford. *Ζεὺς πάντων αὐτὸς φάρμακα μοῦνος ἔχει.* Critias fragm. 22. *ὁ χρόνος ἁπάσης ἐστὶν ὀργῆς φάρμακον.* Philetas fragm. 1. *χρόνος, ὃς ἐκ Διὸς ἄλγεα πέσσειν ἔλλαχε καὶ πενθέων φάρμακα μοῦνος ἔχει.* Quem ad locum vide quae annotavimus. Horat. carm. I, 24, 19 sq. *durum, sed levius fit patientia quidquid corrigere est nefas.* Archilochi sententiam respexit Philostratus de vita Apollonii VII, 26. *ἐνθυμηθέντας τὸν Ἀρχιλόχου τοῦ Παρίου λόγον, ὃς τὴν ἐπὶ τοῖς λυπηροῖς καρτερίαν τλημοσύνην καλῶν θεῶν αὐτήν φησιν οὖσαν εὕρημα ἀναφέρειν τῶν σχετλίων τούτων, ὥσπερ οἱ τέχνῃ τοῦ ῥοθίου ὑπεραίροντες, ἐπειδὰν τὸ κῦμα ὑπὲρ τὴν ναῦν ἱστῆται.* Quae postrema verba, licet poeticis coloribus nitentia, non tamen Archilochi sed Apollonii esse Iacobsius iudicavit, quod tamen aegre mihi persuasit: immo Archilochi disticha hoc loco non integra ad nos pervenisse videntur, ita ut sententia illa quam ex ipso poeta excerpsisse statuendus est Philostratus olim expleverit lacunam a nobis indicatam: quod quidem damnum si hodie aliunde possit sarciri, clarius etiam patesceret quonam referendum esset pronomen *τόδε*, quod sane nudius sic ponitur, ut exstat apud Stobaeum, atque Grotio auctore ex legibus grammaticis ad proximum *φάρμακον* relatum sensu invito et repugnante dicitur. Vere igitur perspexit Iacobsius obscurius haec esse dicta, neque ipse expedivit difficultatem ex superioribus *κῦμα* repetens hocce sensu: *sinistra fortuna modo hunc modo illum occupat: nunc quidem in nos redundavit, mox ad alios convertetur; κῦμα* enim versu 2 proprio, non figurato sensu intelligendum, deinde ipsa loquutio *ἄλλοτε ἄλλος ἔχει κῦμα* merito offendit Liebelium, qui quum proposuerit *τάδε* ad praeced. *κακοῖσιν* referendum, crustam quidem induxit ulceri, ipsum vero ulcus nondum sustulit atque sanavit. Quot tamen versus culpa sive prioris *γνωμολόγου τινὸς* sive ipsius Stobaei eiecti sint non licet definiri. Hoc tamen pro certo statuendum, praeter alia excidisse verbum quale est fere *κακόν* vel simile quoddam, ad quod spectaret pronomen *τόδε*.

V. 7. *ἄλλοτε δ' ἄλλος ἔχει,* Trinc. *τ' ἄλλος.* Ceterum haec loquutio Soloni quoque familiaris carm. 4, 75 sq. *ἄτη δ' ἐξ αὐτῶν ἀναφαίνεται, ἣν ὁπόταν Ζεὺς πέμψῃ τισομένην ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.* 6, 4. *χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.*

V. 8. Notabis homoeoteleuta *αἱματόεν — ἀναστένομεν,* qualia in caesura potissimum atque exitu pentametrorum inde ab antiquissimo tempore licet observare. Sic fragm. 8, 2. *Ἰσμαρικός — κεκλιμένος.* 11, 2. *κοίλων — κάδων.* 18, 2. *κουριδίων — γάμων.* Callin. 1, 13. *προγόνων — ἀθανάτων.* 1, 17. *στενάχει — πάθῃ.* 1, 19. *ζώων — ἡμιθέων.* 1, 21. *πολλῶν — ἐών* cf. ad Philet. 2, 1. p. 27. F. Wüllner in Zimmermanni diario scholast. 1829. n. 153.

V. 9. *ἐξαῦτις, ἐξαῦς τις* Arsen. — *ἑτέρους,* sic B. et emendaverat iam Gesnerus ex vulg. *ἑτάρους.* Arsen. *ἑταίρους.*

V. 10. Iunge: *τλῆτε τάχιστα ἀπωσάμενοι πένθος, animum inducite ut muliebrem luctum quam celerrime fugetis.* Iungitur verbum *τλῆναι* et *τολμᾶν* participio, ut ap. Homer. Od. XXIIII, 161. *αὐτὰρ ὁ τέως μὲν ἐτόλμα ἐνὶ μεγάροισιν ἑοῖσι βαλλόμενος καὶ ἐνισσόμενος.* Simonides 104, 13. *ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.* IACOBS.

5.

Plutarchus de audiendis poetis c. 12.

Πάλιν ὁ ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ οὐκ ἐπαινεῖται λυπούμενος μὲν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ τῆς ἀδελφῆς διεφθαρμένῳ κατὰ θάλασσαν, οἴνῳ δὲ καὶ παιδιᾷ πρὸς τὴν λύπην μάχεσθαι διανοούμενος. αἰτίαν μέντοι λόγον ἔχουσαν εἴρηκεν·

οὔτε τι γὰρ κλαίων ἰήσομαι, οὔτε κάκιον
θήσω τερπωλὰς καὶ θαλίας ἐφέπων.

Haud scio an Archilochus in mente habuerit dictum Vlixis ap. Homer. Il. XVIIII, 225. *γαστέρι* (i. e. abstinentia cibi potusque) *δ' οὔπως ἔστι νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιούς.* IACOBS.

6.

Stobaei eclog. phys. VII, 3. p. 194. ed. Heeren.

Πάντα τύχη καὶ μοῖρα, Περίκλεες, ἀνδρὶ δίδωσιν.

Quanquam Stobaeus hunc hexametrum neque Archilocho neque alii cuicunque poetae assignat, eum tamen propter nomen *Περίκλεες*, quem etiam fragm. 4 alloquutus est, Archilocho vindicandi periculum fecimus. Hoc tamen in medio relinquetur, utrum versus ille ex eadem *ἐπὶ τοῦ ναυαγίου* elegia decerptus sit an ex alio nescio quo carmine ad eundem Periclem misso. Grotius primus recte perspexit *περικλεες* pro nomine viri habendum esse sic interpretatus: *Fortuna ac fatum, Pericles, dant omnia nobis.* Quo magis admirandus est Heerenius, cui post prudentissimam Grotii interpretationem placuerit explicare *τὸ περικλεές, nominis gloriam*, et *πάντα* pro *κατὰ πάντα*, nisi quis maluerit *πᾶν τε Τύχη καὶ Μοῖρα περικλεὲς ἀ. δ.* Rem sane actam egisse videtur.

Supersunt elegiarum reliquiae quibus Archilochus res bellicas celebrasse videtur, quippe qui ipse se non solum Musis sed Marti quoque addictum fuisse (fragm. 7) omnemque salutem in hasta posuisse (fragm. 8) fateatur. Deinde commilitones suos, opinor, adhortatur ut cum Euboeae principibus manus conserturi gladiis uterentur, non arcu neque fundis (fragm. 9). Quum autem Saïis, Thraciae genti, bellum intulisset, abiecto scuto mortem effugit (fragm. 10) tantamque Lacedaemoniorum invidiam sibi conflasse traditur ut poetam ipsorum urbem ingressum derepente e moenibus pellerent. Praeterea expeditionem navalem suscepisse censendus est, quandoquidem ipse navem describit ad custodiam nescio quo loco positam (fragm. 11). Denique huc pertinet pentameter bellici haud dubie argumenti (fragm. 12). Accedunt duo fragmenta quae gnomicum quendam prae se ferunt colorem (fragm. 13. 14), aliud *ἐρωτικόν* (fragm. 15), postremo particula pentametri eaque incerti argumenti (fragm. 16).

ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΕΛΕΓΕΙΩΝ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

7.

Athenaeus XIIII, 23. p. 627 C.

ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ γοῦν ἀγαθὸς ὢν ποιητὴς πρῶτον ἐκαυχήσατο τὸ δύνασθαι μετέχειν τῶν πολιτικῶν ἀγώνων, δεύτερον δὲ ἐμνήσθη τῶν περὶ τὴν ποιητικὴν ὑπαρχόντων αὐτῷ λέγων·

Εἰμὶ δ' ἐγὼ θεράπων μὲν Ἐνυαλίοιο ἄνακτος
καὶ Μουσέων ἐρατὸν δῶρον ἐπιστάμενος.

Hos versus suos fecisse dicitur Spartanus quidam imperatoris Hadriani iactantiam irridens Anthol. Pal. VIIII, 389. T. 2. p. 139.

Εἰμὶ μὲν εὐθώρηκος Ἐνυαλίου πολεμιστής,
εἰμὶ δὲ καὶ θεράπων Ἑλικωνίου Ἀπόλλωνος,

Μουσάων θεράπων Archilochus vocabatur ab oraculo quod laudat Galen. T. IIII. p. 1. Vide Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 81. IACOBS.

V. 1. *Εἰμὶ δ' ἐγὼ*, sic Athen. l. c. et Eustathius ad Iliad. XXIII, 619. p. 1320, 2. ed. Rom. quacum lectione consentit parodia modo laudata. Plutarchus tamen idem distichum laudans Phocion. c. 7 exhibet *ἀμφότερον*, quod inde repetivit Themistius orat. XV.

p. 228, 18. ed. Dindorf. Quare in medio relinquitur utra lectio pro genuina habenda sit, nec sufficit Liebelii iudicium, cui sententia voce ἀμφότερον potius quam verbo finito carere posse videatur: nam totum distichum appositionis lege ad subiectum praecedentis hodie deperditae sententiae potuit spectare. — θεράπων μὲν, sic Athenaeus et Plutarchus et Eustathius metro poscente, quo invito apud Themistium omittitur particula μέν. Pariter dissentiunt Athenaeus et Eustathius Ἐν. ἄνακτος, Plutarchus et Themistius Ἐν. θεοῖο scribentes.

V. 2. Μουσέων, sic omnes libri apud Athen. praeter C. μουσάων, quod ante Dindorfii editionem vulgabatur etiam apud Themist. hodieque legitur apud Eustath. Deinde Plutarchi codd. (etiam Palatinus, de quo vide Flügelii obs. crit. in Plutarchi Phocion. p. 31) praebent ἐρατᾶν, quod referatur ad Μουσέων. Sed non solum Dorica forma aliena ab Archilochi distichis, verum ipsum quoque epitheton ἐρατόν, quale scriptum est ap. Athen. Themist. Eustath. convenientius est vocabulo δῶρον.

8.

Athenaeus I, 56. p. 30. F.

ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ τὸν Νάξιον [οἶνον] τῷ νέκταρι παραβάλλει, ὅς καί πού φησιν·

Ἐν δορὶ μέν μοι μᾶζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ' οἶνος
Ἰσμαρικός, πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος.

Idem distichum laudant Synesius ep. 130 et Suidas v. ὑπνομαχῶ, eandemque fere sententiam uberius expressit Hybriae scolion apud Athen. XV, 50. p. 695 F.

Ἔστι μοι πλοῦτος μέγα δόρυ καὶ ξίφος
καὶ τὸ καλὸν λαισήιον, πρόβλημα χρωτός.
τούτῳ γὰρ ἀρῶ, τούτῳ θερίζω,
τούτῳ πατέω τὸν ἀδὺν οἶνον ἀπ' ἀμπέλω,
τούτῳ δεσπότας μνωίας κέκλημαι.

V. 1. μᾶζα, i. e. *panis hordeaceus*, cui opponitur *triticeus*. Hippocrates περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς Operum p. 9, 36 ed. Genev. ἐκ μὲν οὖν τῶν πυρῶν βρέξαντες καὶ πτίσαντες καὶ καταλέσαντες καὶ διασήσαντες καὶ φορύξαντες καὶ ὀπτήσαντες ἀποτέλεσαν ἄρτον, ἐκ δέ γε τῶν κριθέων μᾶζαν. Ceterum quum prior huius vocis syllaba apud veteres Graecos atque Atticos produceretur, προπερισπωμένως eam scripserunt auctore Moeride p. 203, 10 ed. Bekker. μᾶζαν προπερισπωμένως καὶ μακρῶς Ἀττικοί, βαρυτόνως καὶ βραχέως Ἕλληνες. Accedit Draco Strat. p. 99. sq. ed. Hermann. τὸ γὰρ Α πρὸ τοῦ Ζ ἐν ὀνόμασι συστέλλει, οἷον γάζα, ἀζηχές, μαζός, ἀζηχές, χάλαζα, πλὴν τοῦ ΜΑΖΑ σεσημειωμένου. cf. p. 72, 2. 95, 2.

V. 2. Ἰσμαρικός, Stephanus Byz. p. 223, 25. ed. Dindorf. Ἴσμαρος, πόλις Θρᾴκης τῶν Κικόνων. Suidas et Phavorinus v. Ἰσμαρικὸς οἶνος, Ἀρχίλοχος· ἐν δορὶ δ' οἶνος Ἰσμαρικός, πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος. Ἴσμαρος δὲ πόλις ἡ νῦν Μαρώνεια λεγομένη. Vinum Ismaricum celebratur iam in Odyssea VIIII, 194 sqq. idque poeta describit ἡδὺν, ἀκηράσιον. θεῖον ποτόν·

τὸν δ' ὅτε πίνοιεν μελιηδέα οἶνον ἐρυθρόν,
ἓν δέπας ἐμπλήσας, ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα
χεῦ'· ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει,
θεσπεσίη. — Cf. Virgilii Georg. II, 37 sq. Plinii N.H. XIIII, 4, 53.

9.

Plutarchi Thes. c. 5.

Ἦλθε μὲν εἰς Δελφοὺς ὁ Θησεὺς — ἐκείρατο δὲ τῆς κεφαλῆς τὰ πρόσθεν μόνον, ὥσπερ Ὅμηρος [Il. II, 542. ὄπιθεν κομόωντες] ἔφη τοὺς Ἄβαντας· καὶ τοῦτο τῆς κουρᾶς τὸ γένος Θησηὶς ὠνομάσθη δι' ἐκεῖνον. οἱ δὲ Ἄβαντες ἐκείραντο πρῶτοι τὸν τρόπον τοῦτον, οὐχ ὑπ' Ἀράβων διδαχθέντες, ὡς ἔνιοι

νομίζουσιν, οὐδὲ Μυσοὺς ζηλώσαντες, ἀλλ' ὄντες πολεμικοὶ καὶ ἀγχέμαχοι καὶ μάλιστα δὴ πάντων εἰς χεῖρας ὠθεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις μεμαθηκότες, ὡς μαρτυρεῖ καὶ ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ ἐν τούτοις·

Οὔ μοι πόλλ' ἐπὶ τόξα τανύσσεται οὐδὲ θαμειαὶ
σφενδόναι, εὖτ' ἂν δὴ μῶλον Ἄρης συνάγῃ
ἐν πεδίῳ, ξιφέων δὲ πολύστονον ἔσσεται ἔργον.
ταύτης γὰρ κεῖνοι δαήμονές εἰσι μάχης
δεσπόται Εὐβοίας δουρικλυτοί. – ⏑ ⏑ – ⏓

V. 3. ἔργον, i. q. μάχη, ut saepius apud Homerum.

V. 4. δαήμονες, sic plerumque scribitur apud Plutarch. quod per synizesin tribus syllabis pronuntiandum. Iacobsio tamen videtur illud esse glossema formae rarioris δαίμονες, quam Bryantus in quibusdam codd. invenerit. Sed nescio an potius vice versa librarii synizesis immemores temere mutaverint δαίμονες. Plato Cratyl. p. 398 B. ὅτι φρόνιμοι καὶ δαήμονες ἦσαν, δαίμονας αὐτοὺς ὠνόμασε. καὶ ἔν γε τῇ ἀρχαίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ αὐτὸ συμβαίνει τὸ ὄνομα. Vnde fluxit Hesychii glossa δαίμον, δαήμων. Cf. schol. ad Homer. Iliad. I, 222.

V. 5. δουρικλυτοί, velut de Abantibus, antiquissimis Euboeae incolis, Homerus Il. II, 543 sq.

αἰχμηταί, μεμαῶτες ὀρεκτῇσιν μελίῃσιν
θώρηκας ῥήξειν δηίων ἀμφὶ στήθεσσιν.

10.

Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ
ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος. ἀσπὶς ἐκείνη
ἐῤῥέτω, ἐξαῦτις κτήσομαι οὐ κακίω.

Hoc tetrastichium apud nullum scriptorem integrum servatur, sed mutilatum, ita tamen ut ex Plutarcho et Sexto Empirico facili opera possit restaurari. Et ille quidem institut. Lac. c. 33. ΑΡΧΙΛΟΧΟΝ, inquit, τὸν ποιητὴν ἐν Λακεδαίμονι γενόμενον αὐτῆς ὥρας ἐδίωξαν, διότι ἐπέγνωσαν αὐτὸν πεποιηκότα ὡς κρεῖττόν ἐστιν ἀποβαλεῖν τὰ ὅπλα ἢ ἀποθανεῖν·

Ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν περὶ θάμνῳ
ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
– – – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ἀσπὶς ἐκείνη
ἐῤῥέτω, ἐξαῦτις κτήσομαι οὐ κακίω.

Sextus Pyrrhon. hypotypos. III, 24, 216. ἀλλὰ καὶ ὁ δειλὸς καὶ ὁ ῥίψασπις ἀνὴρ κολάζεται παρὰ πολλοῖς νόμῳ. διὸ καὶ ἡ τὴν ἀσπίδα τῷ παιδὶ ἐπὶ πόλεμον ἐξιόντι διδοῦσα Λάκαινα, Σὺ, ἔφη, τέκνον, ἢ ταύτην ἢ ἐπὶ ταύτην. Ἀρχίλοχος δὲ, ὥσπερ σεμνυνόμενος ἡμῖν ἐπὶ τῷ τὴν ἀσπίδα ῥίψας φυγεῖν, ἐν τοῖς ποιήμασι περὶ ἑαυτοῦ φησίν·

Ἀσπίδα μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ
ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος. – ⏑ ⏑ – –

Prius distichum exstat etiam in Aristophanis Pace 1298 sq. quod excipiunt duo hexametri nescio unde deprompti, quorum tamen alter quum incipiat a verbis ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα, Muretus var. lectt. VIIII, 2. p. 246. ed. Wolf. adhibito Plutarchi loco novum concinnavit distichum hocce:

ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα φυγών· ἀλλ' ἀσπὶς ἐκείνη
ἐῤῥέτω· ἧς αὖθις κτήσομαι οὐ κακίω.

At schol. ad Aristoph. l. c. καὶ ἐλεγεῖον Ἀρχιλόχου καὶ στιχοὶ β'. Ἀρχιλόχου δέ ἐστι τὸ δίστιχον. οὕτως δὲ ἐγράφη ἐπὶ τῇ ἀποῤῥίψει τῆς ἀσπίδος. Vnde apparet verba ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα esse particulam epici, non elegiaci hexametri. Prius distichum insuper reperitur apud Strabonem X, 2, 18. XII, 3, 20. et in Arati vita Vol. II. p. 430 ed. Buhl. Cf. Aelian. V. H. X, 13. Philostrati vita Apollonii II, 7. — Archilochi versus cum iisque Alcaei μέλος (v. Herodot. V, 95. Matthiae ad Alcaei rell. p. 18.) Horatio obversabantur carm. II, 7, 9 sq.

Tecum Philippos et celerem fugam
sensi relicta non bene parmula.

cf. Bröndstedii itinerar. Graec. II. p. 287.

V. 1. Ἀσπίδι omnes praeter codd. Par. 1. 3. Med. 3. 4. Bre. Esc. Mosc. Strab. XII, 3, 20. et Sext. Emp. ἀσπίδα, quod abhorret a constructione verbi ἀγάλλεσθαι. — Σαΐων, τῶν οἰκούντων Θρᾳκῶν πρότερον, teste Strabone X, 2, 18. eodemque referente XII, 3, 20. Σίντιες γὰρ ἐκαλοῦντό τινες τῶν Θρᾳκῶν, εἶτα Σίντοι, εἶτα Σάϊοι, παρ' οἷς φησιν Ἀρχίλοχος τὴν ἀσπίδα ῥίψαι. Schol. ad Aristoph. l. c. οὗτος ὁ Ἀρχίλοχος ἐξῆλθεν εἰς πόλεμον ἐν τῇ πρὸς Σαΐους μάχῃ (ἔστι δὲ ἔθνος Θρᾴκης) καὶ φοβηθεὶς ἔφυγε ῥίψας ἑαυτοῦ τὰ ὅπλα. Eustathius ad Dionys. Perieg. 533. p. 209, 21. ed. Bernhard. οἱ δέ φασιν ὅτι Σάμος λέγεται ἡ Θρᾳκία οἱονεὶ Σάος τις, καὶ κατὰ πλεονασμὸν τοῦ μ Σάμος, ἀπὸ Σαΐων ἔθνους παλαιοῦ οἰκήσαντος αὐτὴν, οὗ μέμνηται καὶ Ἀρχίλοχος, ὁμολογῶν ἄχραντον τὴν αὐτοῦ ἀσπίδα ἐν φυγῇ πολέμου ῥίψαι παρ' αὐτοῖς. cf. p. 245, 20. Paululum differt scriptor Arati vitae l. c. Σάϊς πόλις ἐστὶν ἐν Θρᾴκῃ καὶ ἑτέρα ταύτῃ ὁμώνυμος ἐν Αἰγύπτῳ· ἀλλ' ἀπὸ μὲν τῆς ἐν Αἰγύπτῳ οἱ πολῖται Σαΐται καλοῦνται, οἱ δὲ τῆς Θρᾴκης Σάϊοι, ὡς καὶ Ἀρχίλοχός φησιν· Ἀσπίδι κ. τ. λ. — ἀγάλλεται, sic Aristoph. Plutarch. Sext. Arat. Strab. vulg. quanquam apud postremum X, 2, 18 codd. fluctuant inter ἀνείλετο, ἀφείλατο, ἀνείλατο, ἀγείλετο. Sed magis etiam corruptum XII, 3, 20. Par. 5. Σαιτίων τὴν, περὶ θάμμον. Med. 3. Σαΐων τισὶ ἣν περὶ θάμνον. Med. 4. Σαΐων τις ἣ περὶ θάμνον. Esc. Mosc. Σαΐων τι τὴν περὶ θάμνον. — ἣν παρὰ θάμνῳ Aristoph. Sext. Arat. περὶ θάμνῳ Plutarch. quo praestaret Strabonis περὶ θάμνον, nisi maiorem fidem haberet παρὰ θάμνῳ, i. e. iuxta sive apud fruticem, in frutice.

V. 2. ἔντος, ita scribendum esse retracto accentu primus perspexit Reiskius, quem Brunckius aliique sequuti sunt, i. e. ὅπλον, *munimentum quo me armem:* licet apud Homerum aliosque pluralis tantum ἔντεα admittitur, singularis autem ἅπαξ εἰρημένος. Vulgabatur ἐντὸς, quod absurdum h. l. — ἀμώμητον, i. q. ἄχραντον, Eustathio interprete. — κάλλιπον Aristoph. Plutarch. Arat. Strab. vulg. cuius codd. partim κάλλιπεν, partim κάλιπον, partim κάλλιππον. Apud Sextum MSS. Vratislav. et Savil. κάλλιπεν, reliqui κάλλιπον.

V. 3. θανάτου τέλος, loquutio Homerica (Il. III, 309. V, 553. VIIII, 411. rell.) qua περιφραστικῶς denotatur mors ultimus vitae terminus. Cf. Matthiae gramm. Gr p. 797.

V. 4. ἐῤῥέτω, i. e. οἰχέσθω, φθειρέσθω, velut Homer. Il. VIIII, 377. XX, 349. Od. V, 139. — ἐξαῦτις, epica et elegiaca haec forma restituenda secundum exemplar fragm. 4, 9. Apud Plutarchum vulgatur ἐξαῦθις, Attica forma.

11.

Athenaeus XI, 66. p. 683 D.

Μνημονεύει αὐτοῦ [κώθωνος] καὶ ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ ἐν ἐλεγείοις ὡς ποτηρίου οὕτως.

Ἀλλ' ἄγε σὺν κώθωνι θοῆς διὰ σέλματα νηὸς
φοίτα, καὶ κοίλων πώματ' ἄφελκε κάδων,
ἄγρει δ' οἶνον ἐρυθρὸν ἀπὸ τρυγός· οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς
νήφειν ἐν φυλακῇ τῇδε δυνησόμεθα.

V. 1. *ἀλλ' ἄγε*, sic V. L. *ἀλλά τε A. B. P.* littera *Γ* mutata in *T* et *Λ* de loco suo mota. — *κώθωνα* proprie fuisse *Λακωνικὸν ποτήριον* Athenaeus p. 483 B. memoriae prodidit idque a militibus praecipue expedientibus usurpatum, non pellucidum, ne aqua impura, quam milites interdum necesse est bibere, manifesta sit ideoque ipsius potus taedium afferat; et quoniam fundo poculi elevatio quaedam aptata erat, in spatio inter latera et elevationem istam interiecto sordes aquarum colligebantur et facile inhaerescebant. Vide quae disputavimus ad Critiae reliquias p. 92 sqq. — *διὰ σέλματα*, i. e. per transtra. Praeter Archilochum antiquissimo tempore hac voce usus est poeta hymni Homerici in Bacchum 47. *λέων δ' ἐπὶ σέλματος ἄκρου.* In Iliade autem atque Odyssea reperitur iam compositum *ἐΰσσελμος* navium epitheton.

V. 2. *πώματ'*, quae quum sint in Iliade IIII, 116 opercula *φαρέτρης* vel *χηλοῦ* XVI, 221. in Odyssea II, 353. *πώμασιν ἄρσον ἅπαντας*, sc. *ἀμφιφορεῖς*, velut hoc loco intelligenda sunt haud dubie *amphorarum* vel *cadorum obturamenta* (*Kork*, *Spunt*) apud Plin. N. H. XVI, 8, 34. Quare Horatius carm. III, 8, 9 sq. *hic dies — corticem adstrictum pice demovebit amphorae.* Tibullus II, 1, 28. *Chio solvite vincla cado.* Cf. Voss. ad Virgil. Georg. II, 96. Winckelmanni operum II. p. 68 sqq.

V. 3. *ἀπὸ τρυγός poti faece tenus cadi.* Horat. Od. III, 15, 16. *diffugiunt cadis cum faece siccatis amici.* Id. Od. I, 35, 27. Theocrit. VII, 70. *καὶ πίομαι μαλακῶς — αὐταῖσιν κυλίκεσσι καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐφείδων.* IACOBS.

V. 4. *νήφειν* hoc verbum ante Archilochum nemo poetarum adhibuit, post eum Theognis 478. 481. 627 aliique. *ἐν* V. L. *μὲν* A. B. P. *φυλακῇ τῇδε* P. V. L. *φυλακῆς τῇδε* B. ubi littera *ς* orta est ex *ι* non subscripta sed iuxta posita.

12.

Schol. ad Sophoclis Electr. 95.

Ξένια γὰρ Ἄρεως τραύματα καὶ φόνοι. καὶ ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ

ξείνια δυςμένεσιν λυγρὰ χαριζόμενοι.

Idem scholion repetivit Suidas v. *ξένια.* In libris perperam scriptum est *ξένια δυςμενέεσσι*, quod ex alio Suidae loco v. *ἐξένισεν* ed. Mediolan. *ξείνια δυςμενέσι* ita emendandum, ut desiderant leges pentametri. Deinde quod Soph. Schol. ab Elmsleio editus praebet retinuimus, quanquam singularis *χαριζόμενος* apud Suidam bis obvius non minoris auctoritatis est.

13.

Orionis Theb. Etymolog. p. 55, 22.

Ἐπίῤῥησις, ὁ ψόγος καὶ ἡ κατηγορία, ἔνθεν λοιπὸν καὶ ἐπίῤῥητος. ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ ἐν ἐλεγείοις.

Αἰσιμίδη, δήμου μὲν ἐπίῤῥησιν μελεδαίνων

οὐδεὶς ἂν μάλα πόλλ' ἱμερόεντα πάθοι.

V. 1. *Αἰσιμίδη*, vocativus, quo poeta alloquitur Aesimiden nescio quem, velut fragm. 4, 1 Periclem. Ruhnkenius auctar. emendd. Hesych. ad Tom. I. p. 1380. „*Αἰσιμίδης*, inquit, est patronymicum ex *Αἴσιμος*, quo nomine archon Atheniensis commemoratur a Pausania IIII, 5, 4. quem etiam vide I, 3, 2. Hesychius: *Αἰσιμίδαι, οἰκίας γένος.* Quanquam hic locus alio pertinere videtur.“ — *δήμου μὲν* sic verissime emendavit Elmsleius ex cod. scriptura *δηλοῦμεν* sola littera *Λ* mutata in *M*. Ruhnkenius medicinam adhibuerat minus probabilem: *Αἰσιμίδης δήμου' ἐπίῤῥησιν μελεδαίνων*, *Aesimides noxiam et diram vituperationem meditans.* Sed participium *μελεδαίνων* referendum est ad pronomen *οὐδείς*, ita ut sensus sit: *nemo*

qui vulgi vituperationem curat multa desiderabilia perceperit. Sic eandem fere habes sententiam quam expressit Mimnermus fragm. 7.

τὴν σ' αὐτοῦ φρένα τέρπε· δυσηλεγέων δὲ πολιτῶν
ἄλλος τίς σε κακῶς, ἄλλος ἄμεινον ἐρεῖ.

cf. Theognis 797 sqq. Porro quod in cod. scriptum est ἐπίῤῥησι optime iam restituit Ruhnkenius addita littera ν, quam seq. μ absorbuisse videtur. Denique μελεδαίνειν i. q. φροντίζειν, velut apud Theognidem 185. γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει ἐσθλὸς ἀνήρ. Contra cum genitivo iunctum v. 1129. πενίης θυμοφθόρου οὐ μελεδαίνων.

14.

Schol. Hermogen. p. 377. Rhetorum Graec. Vol. V. p. 441. ed. Walz.

Πάντα πόνος τεύχει θνητοῖς μελέτη τε βροτείη.

Hunc hexametrum Archilochi esse tradit Io. Siceliota apud eundem Walzium Vol. VI, p. 96. πάντα γὰρ πόνος τεύχει θνητοῖς κατ' ΑΡΧΙΛΟΧΟΝ μελέτη τ' ἀρίστη. Sententiam expressit Virgilius Georg. I, 145 sq. *labor omnia vicit improbus.* In schol. Hermog. referente Walzio Ald. τεύχει δὲ βροτοῖς μελέτη δὲ β. Par. 2977. 2916. Mon. 8. βροτοῖς sine δὲ. Ven. θνητοῖς, omnes τε.

15.

Athenaeus XIII, 66. p. 594. B. C. D.

Διαβόητος δ' ἑταίρα γέγονε καὶ ἡ Μιλησία Πλαγγών, ἧς περικαλλεστάτης οὔσης ἠράσθη τις νεανίσκος Κολοφώνιος Βακχίδα ἔχων ἐρωμένην τὴν Σαμίαν. λόγους οὖν προσενέγκαντος τοῦ νεανίσκου πρὸς αὐτὴν ἡ Πλαγγὼν ἀκούσασα τῆς Βακχίδος τὸ κάλλος καὶ ἀποτρέψαι θέλουσα τὸν νεανίσκον τοῦ πρὸς αὐτὴν ἔρωτος, ὡς ἀδύνατον ἦν, ᾔτησε τῆς συνουσίας μισθὸν τὸν Βακχίδος ὅρμον διαβόητον ὄντα. ὁ δὲ σφοδρῶς ἐρῶν ἠξίωσε τὴν Βακχίδα μὴ περιιδεῖν αὐτὸν ἀπολλύμενον. καὶ ἡ Βακχὶς τὴν ὁρμὴν κατιδοῦσα τοῦ νεανίσκου ἔδωκε. Πλαγγών τε τὸ ἄζηλον συνιδοῦσα τῆς Βακχίδος τὸν μὲν ἀπέπεμψεν ἐκείνῃ, τῷ δὲ ὡμίλησε. καὶ τοῦ λοιποῦ φίλαι ἐγένοντο κοινῶς περιέπουσαι τὸν ἐραστήν. ἐφ' οἷς Ἴωνες ἀγασθέντες, ὥς φησι Μενέτωρ ἐν τῷ περὶ ἀναθημάτων, Πασιφίλαν ἐκάλεσαν τὴν Πλαγγόνα. μαρτυρεῖ δὲ καὶ ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ περὶ αὐτῆς ἐν τούτοις·

Συκῇ πετραίη πολλὰς βόσκουσα κορώνας,
εὐήθης ξείνων δέκτρια Πασιφίλη.

Totam sententiam ita explicabis: ὡς συκῇ πετ. πολλὰς κορώνας βόσκει, οὕτω Πασιφίλη εὐήθης ξείνων δέκτρια, sive εὐηθῶς ἐδέξατο ξένους. Hinc pendet Lucian. epigr. 12. πάντων δέκτρια γραμματική. Archilochi distichum in peius detorsit Strato epigr. 27.

Τοὺς σοβαροὺς τούτους καὶ τοὺς περιπορφυροσήμους
παῖδας ὅσους ἡμεῖς οὐ προσαφικόμεθα,
ὥσπερ σῦκα πέτραισιν ἐπ' ἀκρολόφοισι πέπειρα
ἐσθίουσιν γῦπες, Δίφιλε, καὶ κόρακες.

Quem ad locum consulantur Iacobsii animadversiones Vol. II. P. 3. p. 75.

16.

Schol. ad Nicandri Ther. 213.

Ἀργίλιπες δὲ ἤγουν ἔκλευκοι, ὡς ΑΡΧΙΛΟΧΟΣ

ἀργιλιπὴς δὲ φάσις – ◡ ◡ – ◡ ◡ –

Habes priorem qualem exhibuimus aut (si mavis) posteriorem pentametri particulam. Adiectivum ἀργιλιπής est ἅπαξ εἰρημένον, velut ipsum illud Nicandri ἀργίλιψ, utrumque tamen derivandum a vocabulis ἀργός et λίψ sive λίπα (cf. Buttmanni grammat. Graec. ampl. I. p. 235), quod in composito vim translatam *nitoris* obtinuisse videtur, ita ut ἀργιλιπής idem fere denotet quod Homericum ἀργινόεις (Il. II, 647. 656.) i. q. *candens*, *weifsschimmernd*.

Meleager I, 37 sq. ex immensa Archilochi carminum copia se pauca tantum epigrammata quasi guttas ex Oceano coronae suae implicuisse significat hocce disticho:

ἐν δὲ καὶ ἐκ φορβῆς σκολιότριχος ἄνθος ἀκανθὲς
'Αρχιλόχου, μικρὰς στράγγας ἀπ' 'Ωκεανοῦ.

Cuius quidem distichi vim parum intellexit Liebelius, quippe qui inde coniecerit Archilochum multa etiam epigrammata scripsisse eaque perquam acerba pro poetae ingenio, quum Meleager ea propter acumen et asperitatem sententiarum floribus spinis circumsitis assimulaverit: immo pauca tantum eaque satis spinosa, quae propter ipsam paucitatem comparantur cum guttis ex reliquorum carminum tanquam Oceano haustis. Atque ex illo qui olim iam fuerat exiguo epigrammatum numero hodie duo tantum supersunt, unum ἐπιτύμβιον, alterum ἀναθηματικόν, utrumque tamen simplicissimum atque pro argumenti ratione ab omni acerbitate alienissimum.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

17.

Anthologia Palat. VII, 441. *ΕΠΙΤΥΜΒΙΟΝ.*

Ὑψηλοὺς Μεγάτιμον 'Αριστοφόωντά τε Νάξου
κίονας, ὦ μεγάλη γαῖ', ὑπένερθεν ἔχεις.

Vat. cod. p. 275. Εἰς Μεγάτιμον καὶ 'Αριστοφῶντα Ναξίους. V. 1. μεγατίμιον cod. [Palatinus] V. 2. ωἶ μ. γᾶ ὑπ. cod. Saepe in membranis ωι scribitur et ῳ ubi ω scribendum erat. Sic σώιζειν, θνήισκειν, ζῶιος et alia saepissime reperiuntur. Pro γᾶ scripsi γαῖ', ut hiatum tollerem. IACOBS. De Megatimo et Aristophonte insignibus haud dubie Naxiis civibus aliunde nihil compertum habemus.

18.

Anthologia Palat. VI, 133. *ΑΝΑΘΗΜΑΤΙΚΟΝ.*

'Αλκιβίη πλοκάμων ἱερὴν ἀνέθηκε καλύπτρην
Ἥρῃ, κουριδίων εὖτ' ἐκύρησε γάμων.

V. 1. καλύπτρη capitis tegmen notum ex Homeri Il. XXII, 406. Od. V, 232. X, 545. quam ἱερὴν appellavit h. l. utpote Iunoni dedicatam. — V. 2. κουριδίων — γάμων, i. e. legitimarum nuptiarum. Cf. Buttmanni Lexilog. I. p. 32 sqq. quem tamen p. 35. not. duas voces Germanicas adversa fronte sibi oppositas confudisse docet Graffius ad Otfridi carmen evangelicum praef. p. X.